



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

137. An Commissarius Bullæ possit dispensare in irregularitate contracta propter Symoniam? Et notatur tantum Synomiam notoriam in Ordine inducere irregularitatem? Ex p. 1. tr. 11. r. 113.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

de executione Ordinum non malè susceptorum.] In quibus verbis videtur, quàm sit ampla facultas Commissarij in dispensatione super irregularitatibus proventibus ex delicto.

RESOL. CXXXV.

An Commissarius Cruciatæ possit dispensare super irregularitate publica contracta tamen ex delicto? Ex p. 1. tract. 11. Ref. 111.

R Espondeo affirmatiuè, vt patet ex verbis supradictis, & notauit Fernand. in exam. Theol. mor. p. 3. c. 9. §. 2. o. n. 1. Henric. lib. 7. cap. 13. n. 5. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 13. n. 6. vbi sic ait: [Se admittere, que no solo se concede al Commissario, que puede dispensar en la irregularidad, que prouiene de delito occulto, si no tambien en la que prouiene de publico. El fundamento es, porque el Pontifice no lo restringio, y así es visto, que le concedio generalmente, que quando solo quiere concederlo en el delito occulto, expressemente lo declara, como hizo en el Concilio Tridentino, en la facultad que acerca desto se concede a los Obispos, y así a qui concede el Papa la facultad para esto, no solo en el fuero interior, sino tambien en el exterior.

RESOL. CXXXVI.

An Commissarius Cruciatæ possit dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio casuali, licet publica & ex iniusta mutilatione membrorum? Et an Episcopus ad maiores Ordines vigore Concilij Tridentini dispensare possit etiam in tali irregularitate, dummodo sit occultus, quia ad minores Ordines etiam si sit publicus, dispensare potest? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 112.

R Espondeo affirmatiuè: nam in verbis Bullæ, seu facultatis, denegatur tantum dispensatio super homicidium voluntarium: sed mutilatio non est proprie homicidium: ergo, &c. Et ita Episcopus, cum non possit dispensare in homicidio voluntario; potest tamen propter dictam rationem dispensare in irregularitate publica contracta ex iniusta membrorum mutilatione, vt notant Molin. tom. 4. disp. 79. n. 8. Suar. de cens. disp. 44. sect. 4. n. 35. Fill. tom. 1. tr. 20. c. 1. n. 9. & alij.

1. Et ita loquens in casu nostro asserit Rodriguez in add. §. 13. n. 2. fol. mibi 215. vbi ait: [Es de notar, que puede el Commissario general dispensar en la irregularidad de homicidio voluntario, y por el conseqüente podrá dispensar en la irregularidad, que procede de mutilatione voluntaria de algun miembro, pues equi solamente excepta el homicidio voluntario.] Et ita etiam docet Villalob. in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 13. n. 7. & alij.

2. Notandum est etiam hic cum Rodrig. dictum Commissarium posse dispensare in irregularitate orta ex homicidio casuali, licet publica: sub nomine verò homicidij voluntarij non includitur homicidium casuali: & ita Episcopus potest ad maiores Ordines, vigore Concilij Tridentini, dispensare, etiam in tali irregularitate, dummodo sit occultus, vt ex multis tradit Auila de cens. part. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 2. Coninch de Sacram. disp. 18. dub. 7. num. 50. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 25. numero 2. Bonacina de cens. disp. 7. punct. 7. num. 6. & alij: putantes etiam Hæreticum occultum incurrere irregularitatem in cuius probationem adducunt cap. saluberrimum, & §. Hæretici. Sed hi textus nihil probant; imo pro nostra sententia faciunt; nam cap. saluberrimum, agit de abiuratione solemnique in scriptis fit: & in §. Hæretici, aperte, & clarè supponitur notitia criminis, sine qua nequit impleri, quod præscribit. Ex quibus apparet, supradictatos Canones loquutos fuisse de Hæreticis notoriis, & non occultis, qui, vt diximus, nullam incurrunt irregularitatem.

Tom. IV.

RESOL. CXXXVII.

An Commissarius Bulla possit dispensare in irregularitate contracta per simoniam? Et notatur tantum simoniam notoriam in Ordine inducere irregularitatem. Ex p. 1. tr. 1. Ref. 113.

R Espondeo negatiuè Fernand. in exam. Theol. mor. p. 3. c. 9. §. 2. o. n. 1. Rodriguez & alij.

2. Sed ego puro, propter simoniam in ordine, vel beneficio, aliquem, non incurrere irregularitatem, & ita nulla egerè dispensatione; quia talem irregularitatem non inuenio in iure expressam: sed nulla irregularitas incurritur, nisi sit in iure expressa, vt notant communiter; ergo, &c. Et ita docet Suarez de cens. disp. 43. sect. 4. n. 5. Filiucius tom. 1. tr. 20. cap. 8. num. 247. Reginaldus tom. 2. lib. 3. tract. 2. cap. 16. numero 100. Henriquez lib. 13. cap. 35. num. 5. Villalobos in summa, tom. 1. tr. 21. difficult. 17. num. 1. quidquid in contrarium asserat Comitol. in respons. moral. lib. 6. quest. 64. n. 3. & sequent. qui multos textus adducit, sed non ad rem; loquuntur enim, & sunt interpretandi de suspensione, & non de irregularitate, vt Suarez probat.

3. Notandum est verò, quod Auila de cens. part. 7. disp. 4. dub. 7. concl. 7. putat, tantum simoniam notoriam in ordine inducere irregularitatem. Et Megala in 1. part. lib. 4. c. 5. q. 4. num. 70. docet simoniacum, cum per sententiam fuerit damnatus, tunc tantum incurrere irregularitatem: quia tali pœna afficiuntur omnes infames.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. lata doctrina Ref. 298. prope finem, veri. His præhabitis, sed lege eam per totam. Et sup. doctrina contenta in §. 2. huius Ref. lege §. nota seq.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Ref. 39. §. Hinc, in fine & ibi in tr. 7. Ref. 3. §. Notandum, & seq. & in Ref. sol. not. præterita §. vlt. ante mediū.

RESOL. CXXXVIII.

An irregularitas propter hæresim occultam incurfa sit dispensabilis per facultatem concessam Commissario Bullæ Cruciatæ?

Et docetur, an Hæreticus occultus incurrat irregularitatem, nec ne? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 114.

R Espondeo negatiuè, vt patet ex verbis Bullæ. Sed ego existimo, talem probabiliter Hæreticum occultum non incurrere irregularitatem; & ita docet Auila de cens. part. 7. disp. 4. dub. 2. concl. 2. qui citat Henriquez, & probatur ex cap. ad abolendam de Hæret. vbi textus loquitur de Hæretico publico, in illis verbis: Quicumque manifestè fuerit in hæresi deprehensus.

Sup. hæc doctrina in tom. 5. tr. 5. Ref. 49. & in aliis eius primæ not.

Idem etiam docet Henriquez lib. 14. cap. 4. num. 6. & cap. 5. num. 2. Reginaldus in praxi, tom. 2. lib. 3. o. tract. 2. cap. 15. num. 193. Sa verb irreg. vbi de irreg. ex defectu animæ. num. 2. Sayrus de cens. lib. 7. cap. 12. numero 16. & alij.

2. Quidquid asserat Filiucius tom. 1. tract. 20. cap. 9. n. 228. Suarez tom. 5. disp. 43. sect. 1. n. 4. Azorius part. 1. lib. 8. cap. 11. quest. 13. & cap. 21. quest. 8. Coninch de Sacram. disp. 18. dub. 7. num. 50. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 25. numero 2. Bonacina de cens. disp. 7. punct. 7. num. 6. & alij: putantes etiam Hæreticum occultum incurrere irregularitatem in cuius probationem adducunt cap. saluberrimum, & §. Hæretici. Sed hi textus nihil probant; imo pro nostra sententia faciunt; nam cap. saluberrimum, agit de abiuratione solemnique in scriptis fit: & in §. Hæretici, aperte, & clarè supponitur notitia criminis, sine qua nequit impleri, quod præscribit. Ex quibus apparet, supradictatos Canones loquutos fuisse de Hæreticis notoriis, & non occultis, qui, vt diximus, nullam incurrunt irregularitatem.